



## Universitätsbibliothek Paderborn

### Medvlla Theologica

Ex Sacris Scriptvris, Conciliorvm Pontificvmqve Decretis, Et Sanctorvm  
Patrvm Ac Doctorum Placitis Expressa ; In qua, quidquid tum ad fidei  
mysteria sanè ac rectè intelligenda, & ab erroribus quibusvis secernenda,  
tum ad sacramenta debitè conficienda & ministranda, tum ad actiones  
humanas iuxta ...

**Abelly, Louis**

**Coloniæ Agrippinæ, 1658**

VII. An aliquis certò scire poßit se esse iustificatum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38954**

## SECTIO VII:

*An aliquis certò scire posse se esse iustificatum.*

**Q**uestionis sensus est, an aliquis certus esse possit certitudine fidei, cui proinde non possit subesse falsum, se esse iustificatum, ac in statu gratiae habitualis sanctificantis constitutum. Pro cuius resolutione

Dicendum 1. neminem debere, nec posse credere certò, se esse iustificatum. Est de fide contra Calvinum, qui lib. 3. instit. c. 2. parag. 16. & seqq. & in Antidoto Concil. Trid. ad cap. 13. & 14. sess. 6. afferit, quemlibet fidelem non solum esse certum de sua iustificatione; sed etiam teneri ad credendum se per Christi iustitiam sibi imputatam esse iustificatum.

Refellitur hic error, & veritas nostræ fidei probatur ex scriptura: Eccles. 9. Nescit homo, utrum amore an odio dignatur: Psal. 18. Delicia quis intelligit ab oculis mei mundane, ex quo loco S. Hier. lib. 1. aduersus Pelagianos probat, iustorum nemini plene cognitum esse, sine absque peccatis, an non: & 1. Cor. 4. Nihil mihi conscient sum: sed non in hoc iustificatus sum.

Probatur 2. ex Concio Trid. sess. 6. cap. 9. vbi expressè habetur, quod, sicut nemo pius de misericordia Dei, de Christi merito, de qua Sacramentorum virtute, & efficacia dubitare debet: sic quilibet, dum seipsum, suamque propriam infirmitatem, & indispositionem respicit, de sua gratia formidare, & immere potest; cum nullus scire valeat certitudine fidei, cui non potest subesse falsum, s' gratiam Dei esse consecutum.

Probatur 3. ex S. Aug. serm. 23. de Verbis Domini: Forfasse, inquit, tu nihil inuenis in conscientia tua; inuenit ille, qui melius viderit: & S. Bernard. ser. 3. de Adventu: Accedit ad sollicitudinis cunctulum & pondus timoris, quod, cum & mea & proximi conscientiam seruare necesse sit, neutræ menti satis est notar; utraqque abyssus est imperscrutabilis; utraqque misere non est.

T 4

POLL

Porro id sapientissime à Deo factum esse, vt de propria iustificatione nullam habeant homines (quamdiu in hac mortali vita degunt) certitudinem; inde constat, quod (vt ait S. August. lib. de corrept. & grat. c. 13.) in hoc loco tentationis, tanta est infirmitas, ut etiam possit superbitam generare securitas.

Dicendum 2. quod, quamvis secundum legem ordinari nemo scire certo possit, se esse in statu gratiae significantis: id tamen extraordinarie per specialem revelationem diuinitus factam, posse cognosci, vt de facto sanctissima Virgo id cognovit, cum ab Angelo audivit. Ave gratia plena, Dominus tecum: item S. Magdalena, cum Christus Dominus illi dixit, remittuntur tibi peccata tua; & etiam omnes sancti Apostoli, vt docet S. Thom. q. 24. de veritate art. 9.

Dicendum 3. posse etiam quemlibet iustum citra omnium revelationem habere certitudinem aliquam moralē, seu conjecturalem de sua iustificatione, signisque quibusdam, & verisimilibus argumentis atque conjecturis probabiliter cognoscere, se esse in statu gratiae, in quibus tamen, qualiacunque sint, nullus absolute debet conquiscere, neque in seipso confidere, vel glorari; quoniam (ut recte monet Conc. Trid. sess. 6. cap.

10.) *Cuius in hominum vita non humano iudicio examinanda, & iudicanda est, sed Dei; qui illuminabit abscondita trebaram, & manifestabit consilia cordium: & tunc laus erit unicuique a Deo.*

¶ (10) Sec.

CA.